Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift

et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me:
sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis
non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus
sum vobis. apud vos manens. Paraclitus autem spiritus
sanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos doceb[it]
omnia et suggeret vobis omnia quecumque dixero vobis
Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Non
quomodo mundus dat: ego do vobis. Non turbetur cor
uestrum: neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: va
do et veniam ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtique:
quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi
vobis prius quam fiant: ut cum factum fuerit credatis
Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps hui[us]
mundi. et in me non habet quicquam: sed ut cognoscat mun
dus. quia diligo patrem et sicut mandatum dedit mihi pa
tr sic facio Off' Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo
tuo quod est in ierusalem tibi offerent reges munera alla Secrm Munera
domine oblata sanctifica. et corda nra sancti spiritus illustratione cum
da Per eum Prefatio Qui ascendens super Communicantes
Con E actus est repente de celo sonus aduenientis spiritus uehementis
ubi erant sedentes alla et repleti sunt omnes spiritu sancto loquentes magna
lia dei alla Compl S anctificet spiritus domine corda nra mundet in fu
sio: et sui roris inuisa aspersione fecundet Per eum De sancta
B Benedicta sit sancta trinitas atque indiuisa unitas con Trinitate
fitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam ps Benedicamus
patrem et filium cum sancto spiritu Orat O omnipotens sempiterne
deus: qui dedisti famulis tuis in confessione uere fidei eterne
trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis a
orare unitatem. quesumus: ut eiusdem fidei firmitate ab
omnibus semper muniamur aduersis P Ad Romanos
F ratres: O altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei. quam
incomprehensibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles